



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Avreliannensi Et Antisiodorensi Episcopis, & magistro W. de Viennæ
Canonico Antisiodorensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

586 Epistolarum Innocentij III.

rint nominati, tam monachi quam Temporales & alij, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per distinctionem eandem appellatione remota cogatis veritati testimoniū perhibere. Nullis litteris obstantibus, si quā apparuerint præter assensum partium à sede apostolica impetratae. Quod si non omnes his exequendis &c. duo vestrum &c. usque exequantur. Datum Lateranix v. Kalend. Martij, pontificatus nostri anno quartodecimo.

*AVRELIANENSI ET ANTISIODORENSI
Episcopis, & magistro W. de Vienna
Canonico Antisiodorense.*

*Epiſt. 158.
Beneficiorum
superfluitas
damna.*

** Supra Cap-
cellario*

In tellesta ratione quam nobis venerabilis frater noster Remensis Archiepiscopus & ejus condelegati miserunt super controversia qua de præbenda Trecensis Ecclesiae vertitur inter venerabilem fratrem nostrum Trecensem Episcopum & dilectum filium Cancellarium Senonensem non duximus eidem Episcopo aliud referendum nisi quod idem Episcopus diligenter advertat qua ratione sustinere possemus ut ipse aliquod ecclesiasticum beneficium cuiquam de cetero personæ concedat plura beneficia obtinenti, si propterea nollet ad mandatum nostrum præfato * Cellario in Ecclesia sua conferre præbendam quia plura dinoficitur beneficia obtainere. Licet enim circa eandem personam beneficiorum sit semper superfluitas improbanda, nonnunquam tamen est toleranda pluralitas, statu personæ provida consideratione penitato. Quare idem prudenter attendat utrum magis expedit ut eidem Cellario ex mandato nostro liberalitatem exhibeat conferendo præbendam quam ex suo iudicio necessitatē incurrat ut ultra non possit alicui plura beneficia obtinenti ecclesiasticum beneficium elargiri, nisi fuerit sufficienter ostensum quod ipse superflua beneficia secundum suum statum possideat. Quod ex eo forsitan non poterit ostendi de facili; quoniam etsi plures præbendas obtineat, ipse tamen penè nullam habere proponitur cuius proventus liberè possit percipere nisi residentiam in ea faciat personalem. Et ex hoc fortassis pendet iudicium utrum & pro Trecensi præbenda condigne recompensatum extiterit in præbenda Remensi. Quicquid ergo super his duxerit faciendum, nobis infra tres menses post susceptionem litterarum nostrarum absque dilatione rescribat. Ideoque discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatinus dictum Episcopum

ad hoc moneatis attentius & efficaciter inducatis. Quod si non omnes &c. duo vestrum &c. usque exequantur. Datum Laterani x v. Kal. Martij, pontificatus nostri anno quartodecimo.

GEBENNENSI EPISCOPO.

Tu nos duxit fraternitas consilendos utrum illorum sufficiat testimonium ad matrimonium dirimendum qui confan-

*Cap. 10
Ecclesiast. episcopalis
C. 10
De la
a re
apostoli
duo
capit.*

guinitatis gradus ab avunculo & nepote videlicet fratri filio vel fororis, cum de

*fratribus
vel superioribus nihil moverint
vel audierint, incepert computare. Nos*

igitur inquisitioni tuae taliter respondemus, quod cum conjugium multum favoris ob-

*Cap. 10
Ecclesiast. episcopalis
C. 10
De la
a re
apostoli
duo
capit.*

tineat, testes qui ad diuortium celebran-

do

dum produeti consanguinitatis computant gradus, a stipe debent incipere, id est, a parentibus vel germanis, & sic per ordi-

ne

nem distinguere gradus, nominibus pro-

pris

vel equipollentibus indicis designan-

do

personas; præsertim cum sibi testimoniū perhibeant de auditu, quod quia minus est validum, non est in articulo hu-

ju

jucemodi nimium laxanda facultas; cum qua ratione computationem inciperent a

secundo

secundo, eadem ab ulterioribus possent gradibus inchoare. Consequenter autem

*Cap. 10
De la
a re
apostoli
duo
capit.*

quaesisti, ut cum quidam mulierem quan-

dam

aliter induceret nequivisset ut sibi com-

misceretur

carnaliter nisi despontaret eandem, nulla solemnitate adhibita vel alicuius præsentia dixit illi, *Te Iohannes despontat*, cum ipse Iohannes minimè vocaretur, sed fixit se vocari Iohannem, non credens esse conjugium, eò quod ipse non

vocatur

vocaretur hoc nomine, nec haberet propositum contrahendi, sed copulat tantum extorquendi carnalem, utrum inter pre-

dictos

sit matrimonium celebratum, cum mulier consenserit & consentiat in eundem, & ille dissenserit & dissentiat, nec alius quicquam egerit quam quod sup-

possum

rius est expressum, nisi quod cognovit eandem. Super quo fraternitati tuae taliter respondemus, quod cum præfatus vir dic-
tā desponsavit mulierem in propria quidem persona, etsi sub nomine alieno, quo tamen vocari se fixit, & inter eos carnalis sit copula subsecuta, videretur forte pro cō-
jugio præsumendum, nisi tu nobis expre-
sē scripisses quod ille nec proposuit nec
conferit illam ducere in uxorem. quod
qualiter tibi constituerit non videmus. Nos
tamen quid juris sit rescriptentes, hoc dici-
mus, quod si res ita se habuerit, videlicet
quod ille nec proposuit eam ducere in ux-